



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.36. Concilii Lugdunensis sessio prima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1274.

bet; Fratribus bonorum omnium, quos enumerat, possessionem confirmat, & plures prærogativas tribuit. Petrus Moronus mense Junio ejusdem anni Magellam rediit.

## §. XXXVI.

*Concilii Lugdunensis sessio prima.*

*Ptolem. Luc.  
ap. Rayn.  
1274. n. 1.  
t. 11. conc.  
p. 925.*

Lugdunense concilium tam numerosum erat, ut Episcopi quingenti, Abbates septuaginta, & mille alii Antistites convenerint. A secundo Maji an. 1274 per tridui jejunium præparati septimo ejusdem mensis primo rogationum die in metropolitano S. Joannis templo primam habebant sessionem. Papa Gregorius sub sacrificii horam descendit e conclavi suo comitantibus se pro more duobus Cardinalibus Diaconis, ac sedem pontificiam in choro sibi positam occupavit. Ibi tertiam & sextam, quia dies jejunii erat, dixit: tum Hypodiaconus attulit sandalia, eique inducebat interim, dum circa eum Clerici sui ordinarios ante sacrum psalmos recitabant. Cum lavisset manus, Diaconus & Hypodiaconus pontificiis eum ornamentis ob Paschatis tempus albis & pastorali pallio induerunt, quasi rem divinam facturus esset. Tum crucem, quæ præferebatur, sequens adornatum conscendit pulpitem, &

& in folio confedit suo, inter duos Car-  
 dinales, quorum alter tanquam Presby-  
 ter assistebat, alter Diaconi munere fun-  
 gebatur: aderant illi simul quatuor alii  
 Cardinales Diaconi cum quibusdam Cle-  
 ricis lineo tectis amiculo. Jacobus Ar-  
 ragoniæ Rex eodem, quo Papa, in pul-  
 pito sedebat.

In templi medio editas habebant se-  
 des duo Patriarchæ Latini Pantaleon  
 Constantinopolitanus, & Opizion Antio-  
 chenus; Cardinales Episcopi, atque in-  
 ter hos S. Bonaventura & Petrus Taran-  
 tasinus Episcopus Ostiensis nuperrime  
 illam ad dignitatem evectus, ac ex al-  
 tera parte Cardinales Presbyteri, tum  
 Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Ab-  
 bates, Priores, cæterique Antistites in-  
 gente numero: qui nullam de priore lo-  
 co controversiam movebant, quia Papa  
 sanxerat, ut confessus nulli eorum Eccle-  
 siis fraudi esset. Inferiora subsellia tene-  
 bant Robertus Templi, Guilielmus Ho-  
 spitalis Domus Magistri cum nonnullis e-  
 questrium Ordinum suorum Fratibus;  
 Franciæ, Germaniæ, Angliæ ac Siciliæ  
 Regum & plurium aliorum Principum  
 Legati, Collegiorumque ac Ecclesiarum  
 Nuncii. Papa sedens formabat signum  
 crucis super Præsules in conspectu posi-  
 tos. Canebantur preces in rituali libro  
 pontificio ad celebrandum concilium de-

sæcul XIII.  
 A.C. 1274.

7. Maji.

R r 2

signa-

Sæcul. XIII.

A. C. 1274.

Luc. 22. v.  
15.

Conc. p. 957.

signatæ. Deinde Papa orationem habuit pro themate illa sumens verba: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Et cum paululum quievisset, exposuit convocati concilii causas, scilicet mittendum terræ sacræ subsidium, reconciliationem Græcorum, morumque correctionem. Demum sessionem alteram in futuram diem lunæ indixit. Tum depositis ornamentis recitavit nonam, sicque primam sessionem finiit.

In hujus ac secundæ intervallo ad Papam & Cardinales vocati sunt singuli Archiepiscopi cum uno quisque Episcopo, & uno cum Abbate provincie suæ, quos Papa seorsum in conclave suum directos permovit ad decimam proventuum sacrorum partem sibi per sexennium percipiendam, quod eodem anno 1274. a festo S. Joannis die ordirentur.

## §. XXXVII.

*Altera sessio.*

18. Maji.

Secunda concilii sessio fiebat die Veneris 18 Maji. Eadem ibi ceremonie quæ in prima, observabantur. Papa orationem quidem tunc dicebat; faciebat tamen verba de priore materia. Pro mulgatis dein sanctionibus, quæ spectabant ad fidem, dimissi sunt Nuncii Collegiorum, Abbates Prioresque non invitati.